

nomine fuerit nobis humiliter supplicatū/ vt cū premissa eisdē
 abbatib⁹ ⁊ p̄sidentibus qui virtute sue regule plenam admini
 strationē habere noscunt⁹ ⁊ iuxta regulā ipsam debēt de omni
 bus ordinare grauiā valde reddant⁹ ⁊ exinde videat⁹ vilescere
 auctoritas officij pastoralis/ac subditi se quo ad hoc superiores
 maioribus suspicantes in pluribus nō obsequūtur superiorū
 iuribus sicut prius/in animarū suarū salutis dispendiū ⁊ con
 temptū obediētie regulari/ sup hoc de remedio oportuno pui
 dere salubriter dignemur. Nos cōsiderantes attentius q̄ in
 tranquillitate cordis actori pacis accepti⁹ deseruitur ex his et
 alijs rationabilib⁹ causis mouētib⁹ ad hoc animū nostrū in
 ducti ⁊ earundē abbatū deuotis supplicationib⁹ inclinati penā
 suspēsi h̄mōi auctē ap̄lica p̄sentū tenore suspendim⁹/ quousq̄
 sup hoc aliud duxerimus ordinandū. Volētes ⁊ auctē eadem
 cōcedentes qd̄ si qui abbates seu p̄sidentes penā huiusmodi in
 curreūt ab illa p̄ dilectos filios priores claustrales monasteri
 orū ⁊ alioꝝ locoꝝ suorū quib⁹ sup hoc plenā cōcedimus facul
 tatē absolui valeant ⁊ cū eis sup irregularitate p̄ eos inde con
 tracta forsitan dispēsari. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc
 paginā nostre suspēsi/ voluntatis ⁊ cōcessionis infringere/ vel
 ei ausu temerario p̄raire. Si quis autē hoc attemptare p̄sum
 pserit/ indignationē omnipotētis dei ⁊ beatorū Petri ⁊ Pau
 li ap̄torum eius se nouerit incursum. Datum Auinionē. Non
 Octobris. Pontificatus nostri Anno primo.

Priuilegiū domini Urbani pape. v. **Q**
 liceat nobis in singulis castris ⁊ fortali
 cijs/ ad que propter guerrarum discrimi
 na residemus/ erigere altare portatile/ et
 ibidem missas ⁊ alia diuina officia etiam
 alta voce celebrare.

Rbanus Ep̄s seru⁹ seruorū dei.
 Dilectis filijs abbati ⁊
 conuētui monasterij Cisterciens̄ Labilones̄
 diocesis/ ceterisq; abbatibus ⁊ cōuentibus
 cisterciens̄ ordinis vbilibet cōstitutis. Salu-
 tem ⁊ aplicam benedictionē. Sacre vestre
 religionis in qua deuotum deo redditis fa-
 mulatū p̄meretur honestas/ vt petitionib⁹
 vestris in his p̄fertim que ad cōsolationē animarū vestrarum
 cedere valeant fauorabiliter annuam⁹. Cū itaq; sicut exhibita
 nobis p̄ parte vestra petitio cōtinebat frequēter contingat q̄
 vos p̄pter guerrarū discrimina que in monasteriorū vestrorū
 partibus frequēter ingruunt tute residere in ipsis monasterijs
 nō valentes/ ad castra ⁊ fortalicia ipsis monasterijs vestris vi-
 cina recurrere/ ⁊ in eis ad tēpus morari oportet. Hos vestris
 in hac parte supplicationib⁹ inclinati/ vt liceat vobis in singu-
 lis castris ⁊ fortalicijis ipsis/ in locis tamē ad hoc cōgruis ⁊ ho-
 nestis/ erigere altare portatile super quo q̄diu ibidem occasio-
 ne predicta morā traxeritis singuli vestrū qui fuerint in sacer-
 dotio cōstituti missas/ ⁊ alia diuina officia/ etiā alta voce cele-
 brare/ cū debita reuerentia ⁊ honore/ iure parrochialijū ecclesi-
 arū ⁊ cuiuslibet alteri⁹ in omnib⁹ semp saluo/ libere valeat de-
 uotioni vestre auēte aplica de speciali gratia indulgem⁹. Nul-
 li ergo oīno hoīm liceat hanc paginā nostre p̄cessionis infrin-
 gere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aut̄ hoc attēptare
 p̄sumpserit/ indignationē oīpotentis dei/ ⁊ btōꝝ Petri ⁊ Pau-
 li ap̄torum eius se nouerit incursturū. Datū Auinionē. v. Idus
 Octobris. Pontificat⁹ nostri Anno secundo.

Privilegi dñi Johānis. xliij. De capella-
 ni seu familiares honoris pape aut cardi-
 naliū qui sunt de ordine/ iurisdictioni/ cor-
 rectioni/ ⁊ obedientie suorū superiorū et